



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 82. Tumultus Anabaptistarum in Anglia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Septembris, quod non licet eligere in Sæc. XVII
 Patronam loci Sacras Spinās de Co- A. C. 1661.
 rona Domini.

§. LXXXII.

Tumultus Anabaptistarum in Anglia.

Quam pravas juxta ac periculosas se- Rapin Thoir.
 ditiones Anabaptistæ olim Mona- Hist. d' Angl.
 sterii, Amstelodami, & alibi in Hol- lib. 23.
 landia & Germania excitarint; jam Salmon Hist.
 supra relatum est: ex horum vero col- d' Angl. t. I.
 luvie progerminati fuerant in Anglia pag. 312.
 quidam Enthusiastæ, qui deliria sua
 pro inspiratis a Deo cognitionibus ven-
 ditantes, quintam Monarchiam seu
 millenarium Christi Regnum in terris
 expectabant. Hi ductore Thoma Wen-
 nero cupparum & doliorum fabro, no-
 cturnos habebant conventus, in qui-
 bus cruenta agitates consilia, minas
 in Regem, Parlamentum, ac univer-
 sum regimen effuderunt, atque in
 omnes Regi addictos conjurarunt: Eo-
 rum tessera militaris erat: *Vivat Do-*
minus Jesus, seque a Deo specialiter
 vocatos jactitabant, ut Monarchicos,
 quos *carnales* appellitabant, delerent,
 & Anglia ab his expurgata ad alias
 transirent gentes, ut eas a Principum
 jugo eximerent, atque omnia imperitæ
 plebis arbitrio relinquerent. Horum
 autem

Sæc. XVII. autem circiter quinquaginta die sexti
A. C. 1661. Januarii eo tempore, quo Rex Matrem
 ac Sororem suam e Galliis reduces comitabatur, in cemeterio Ecclesiæ ad
 S. Paulum congregati prætereuntem quemdam hominem jugularunt, eo
 quod interrogatus: *quis esset*, responderit, *pro Deo & Rege sum*: Huius
 cædis fama per urbem propagata, Lotharingensis Prætor in hosce fanaticos duos
 peditum cohortes, unamque equitum clam immisit, a quibus hi rebelles
 cæsi, atque dissipati sunt: postquam vero reliqui per vicos, variasque ma-
 teas ex urbe evaserant, in proxima sylva convenere, ibidemque aucto-
 rum numero vires & audaciam conegerunt: re autem comperta Monachus
 Bellidux cum valido peditum equitumque agmine sylvam cingi, atque
 obvios quosque comprehendi iussit: verum hi rebelles periculi contemp-
 tu, & fanatica singularis protectionis Divinæ fiducia aut potius
 desperatione animati, dudum extremam tantamque vim opponebant, ut
 ex regis satellitibus viginti & unum trucidarent: postquam vero totidem
 rebellibus a militibus fuerant scilicet trajecti, & ipsemet Wennerus graviter
 faucibus, ceteri omnes capti fuerunt, ac tandem vigesima septima ejusdem
 Mensis

Mensis die rebellium pœna e publicis Sæc. XVII.
 furcis suspensi periere, quin, exceptis A. C. 1661.
 duobus, se nequiter egisse faterentur,
 aut pœnitentiæ signum ederent. Inde
 vero Regis Curia occasionem nacta,
 omnes cœtus, & conventicula etiam
 sub Religionis obtentu haberi inhibuit.

§. LXXXIII.

*Colloquium inter Angliæ Episcopos
 & Presbyterianos.*

Sub idem tempus ex Regiæ Curia Rapin Hist.
 mandato omnes sectæ, quæ ab Ec-d' Angl.
 clesiæ Anglicanæ ritu differebant, pro-
 miscue *Dissidentes* seu *Non-Conformistæ*
 nuncupari cœperant: verum Presby-
 teriani Prædicantes veriti, ne sibi quo-
 que crimina aut seditiones a diversis
 sectariis sub communi *Dissentium* no-
 mine comprehensis fors conflandæ im-
 putarentur, parique cum illis supplicio
 plecterentur, Regem adierunt, sup-
 plices, ut cum Angliæ Episcopis col-
 loquium habere permitterentur, in quo
 mature discuti posset, in quibus de-
 mum articulis ipsi ab Anglicanæ Ec-
 clesiæ Liturgia discreparent. Annuit
 Rex, ea tamen lege, ut novem Epi-
 scopi & duodecim alii Ecclesiastici, &
 totidem Presbyteriani Prædicantes in
 Skheldonis Archiepiscopi Londinensis
 pala-